

SCRIPTA

Numéro Scripta : 564

Auteur(s) : Amiens (évêque)

Bénéficiaire(s) : Le Tréport, Saint-Michel (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : ...1240...

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Charte de [Geoffroy?], évêque d'Amiens, rapportant la teneur d'un accord conclu par maître Eudes de Bougainville, entre l'abbaye du Tréport et R. seigneur d'Airaines au sujet d'une moine de cet établissement devant desservir l'église de Camps-en-Amiénois.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Laffleur de Kermaingant Pierre, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Michel du Tréport (ordre de Saint-Benoît)*, Paris, Didot, 1880, n° VII, p. 28-29.

Dissertation critique

L'éditeur datait cette pièce de la première moitié du XII^e siècle. Maître Eudes de Bougainville apparaît dans deux actes du Cartulaire du chapitre de la cathédrale d'Amiens (t. 1, Amiens, 1905, n° 276, p. 322 ; n° 326, p. 373-379) datés respectivement de 1236 et 1243. La formule « divina permissione Ambianensis ecclesie minister humilis » est employée par Geoffroi, évêque d'Amiens dans les années 1230.

Texte établi d'après a

[.....], divina permissione Ambianensis ecclesie minister humilis, omnibus ad quos presens scriptum pervenerit in Domino salutem. Ex informatione presentium noverint universi quod, cum controversia diutius fuisset agitata inter viros religiosos abbatem et conventum Sancti Michaelis de Ulteriori Portu, Rothomagensis diocesis, ex una parte, et virum nobilem R. dominum de Arenis, ex altera, super residentiam unius monachi de eadem ecclesia, quem dictus miles volebat continue residere in villa que dicitur de Campis, ut ibidem in ecclesia ejusdem ville celebraret divina, sicut debebat, pro subsidio animarum antecessorum suorum, qui ibi sufficientes redditus ad sustentationem predicti monachi et magnagium assignaverunt, tandem, post multas altercationes, de propria voluntate sua, in magistrum Odonem de Boganville, clericum nostrum, compromiserunt, sicut in litteris eorum vidimus contineri, quicquid dictus magister Odo, super predictam controversiam, duxerit statuendum ratum habebitur. Dictus vero magister Odo, habito prudentium virorum consilio, providens quod si dicti abbas et conventus, ante controversiam istam motam, Gregorio presbitero de Campis contulerunt tam redditus ibidem assignatos, sicut predictum est, ad usum monachi, quam magnagium, cum quodam alio reddito suo apud Limeu ad eosdem abbatem et conventum pertinente, quoad vixerit, sub annua pensione et certa conditione, ecclesie sue facientes in hac parte meliorem, sicut patet per litteras ipsius abbatis et conventus exinde confectas et eidem presbitero in testimonium et ratificationem concessas, quarum tenor a dicto magistro Odone nobis fuit exhibitus, quare jam dicti abbas et conventus, pro rata vita ipsius presbiteri, non poterant nec debebant ibidem monachum instituere nec predicto militi, ipso presbitero

vivente, satisfacere, ita ordinavit et pronuntiavit, ipso Gregorio presbitero cum aliis duabus partibus in hoc consentiente, quod idem Gregorius presbiter, qui managium et redditus nunc possidet et possidebit, si eidem placuerit quandiu vivet, providebit ibidem annuatim de quodam capellano seculari qui continue, vice monachi, ibi residebit et divina ibi celebrabit, cui de suo proprio providebit in necessariis, reservato sibi quod, singulis annis, retinebit de pensione reddenda dicto abbati et conventui centum solidos parisiensium, quos habebit pro adjutorio ad inveniendam sustentationem capellani memorati ; ita quod, si dictus Gregorius decesserit, vel ad religionem transierit, vel propria voluntate dictam annuam pensionem ecclesie memorate resignarit, dicti abbas et conventus ex tunc, pro voluntate sua, unum de monachis suis vel unum capellanum secularem annuatim sive in perpetuum ibidem assignarent, qui in magnagio assignato resideret et divina celebraret in ecclesia ville memorate, sicut decet.